


V 9  
2165



67. 206. 8.


Vg  
2165

DISPV-  
TATIO CIRCULA-  
ris FERIA Sexta cōtra Con-  
cilium Constantiense &  
suos confessores, præ-  
sidente Doctore  
Mart. Luthe.



1 5 3 5

BIBLIOTHECA  
MONICKAVIANA



DISPV TATIO CIRCVLARIS  
Fe. Sexta contra Concilium Constantiense  
& suos confessores, præfiden-  
te Doctore Mart. Luthero

De utraq; specie Sacramenti.

- 1) Ista quæstio non est amplius in eo loco,  
An peccatum sit omittere uel negli-  
gere institutionem Christi de utraq;  
specie.
- 2) Sed est in eo loco, An cogere seu cogi ad  
omissionem eiusdem institutionis,  
impium uel pium sit.
- 3) Imo in eo loco, An ipsa institutio Chri-  
sti, heresis & Christus Hæreticus, &  
ei obediens, Hæretici sint.
- 4) Peccatum omissionis cadit in Ecclesiam  
& quemlibet sanctum, modo sit omif-  
sio simplex.
- 5) Qualis aliquando fuit, cum Ecclesia per  
fraudem Diaboli spoliata fuit utraq;  
specie, adhuc autore incognito.
- 6) Nam & omifio Decalogi, orationis  
Dominicæ & Symboli cadit in Ec-  
clesiam, saltem ex parte.
- 7) Ideo credi potest, tale tunc peccatum  
esse toleratum & nunc agnoscenti-  
bus remissum. Alte-



- 8 Alterum uero peccatum scilicet coactio  
ad omissionem institutionis, est per  
Sacrilegos Pontifices & Canonistas  
additum.
- 9 Hoc peccatum non cadit in Ecclesiam  
Dei, quæ non cogit omittere, sed ser-  
uare ea quæ Deus instituit.
- 10 Sicut non cadit in Ecclesiam hoc pecca-  
tum, ut cogat omittere Decalogum,  
Orationem Dominicam, Symbo-  
lum.
- 11 Tertium peccatum, condemnatio insti-  
tutionis Christi, tanquam hæresis &  
Christi hæretici, est peccatum no-  
uissimum Diaboli & mundi.
- 12 Hoc peccatum adeo non cadit in Ec-  
clesiam, ut nihil horribilius in auri-  
bus eius dici possit.
- 13 Sed nec in Turcam & ullum manife-  
stum Dei hostem, quanto minus in  
simplicem peccatorem, cadere po-  
test.
- 14 Sed reseruatam est uni nouissime sen-  
tinæ sceleratissimorum & perdi-  
dissimorum hominum, id est Eccle-  
siæ Antichristi.
- 15 Cum enim Ecclesia Papæ non solū omi-  
tat institutionem Christi, sed etiam

A ñ cogat

- cogat ad omissionem eiusdem.
- 16 Certū est, eam non esse Ecclesiam Dei,  
sed Synagogam Satane, q̄ peccatum  
p̄cipit & iustitiam prohibet.
- 17 Et cū p̄terea damnet, ut Hēreticos,  
qui institutionem Christi sequuntur
- 18 Sequitur euidenter & infallibiliter, ip-  
sam esse abominationem Antichri-  
sti, & furiosam meretricem Diaboli.
- 19 Nam dicere eum Hēreticum esse, qui se-  
quitur institutionem et uerbū Chri-  
sti, est dicere ipsum Christum Hēreti-  
cum & institutionem eius hēreticam  
esse.
- 20 Neq̄ enim Hēreticus dici potest, nisi  
prior ille, quem is sequitur, hēre-  
siarcha et doctrina eius Archihēre-  
sis fuerit.
- 21 Qui autem audent Christo dicere, Tu  
es Hēreticus et demonū doctrinam  
doces, scientes ipsum Christum De-  
um & Dominum esse, quem sic in  
os blasphemant, hi non septem, sed  
lxxvij Dēmonibus uel legionibus  
potius Dēmonum possideri creden-
- 22 Hoc autem impudentissime facit Eccle-  
sia Papę, sciens & uolens, cum fate-  
atur

- atur & fateri cogatur, esse Christi institutionem, quam damnat.
- 23 Sic enim facerrimum illud Conciliabulum Constantiense seu colluuius uerius execratiss. perditorum Sophistarum & Canonistarum audet ore rabido in Christum Dominum gloriæ uomere.
- 24 Licet Christus post coenam instituerit utranq; speciem, Et in Ecclesia primitiua à Laicis ita reciperetur, Tamen hoc non obstante, Consuetudo est pro lege habenda etc.
- 25 Hic uides in Ecclesia Papæ, Consuetudinem incertę originis & autoris pro lege simpliciter statui, mera cere malicia.
- 26 Et pro tali lege, quę præiudicet diuino iuri & uerbo, & ipsum Christum, Hereticum faciat cum sua Ecclesia.
- 27 Et decuit sane tales talis Ecclesię Magistros, ea percuti cęcitate & amentia, ut Christo qui uia & ueritas est, contempto & in faciem hęresis condemnato, uagam hominum ignotorum consuetudinem seu opinionem adorarent.
- 28 Hinc ille Moabiticus inauditę arrogan.
- A in rogan.

gantie fastus, Licet Christus, hoc ta-  
mē non obstante, Licet Ecclesia pri-  
mitiua, hoc tamen non obstante,  
Quid Christus? Quid Ecclesia pri-  
mitiua ad tantos Dominos rerum,  
porcos Sophistas & asinos Canoni-  
stas?

- 29 Quid uetat, quin eodem Pharisaicę ar-  
rogantie fastu statuunt, Licet Chri-  
stus instituerit Baptismum, & Eccle-  
sia seruet. Hoc tamen non obstan-  
te, Nos Domini super Christum &  
Deum ordinamus contrarium.
- 30 Item, licet Christus instituerit Euange-  
lion & Ecclesia id prædicet, Tamen  
hoc non obstante, Nos Domini Do-  
minorum Canones nostros & con-  
suetudines illi præferendos decerni-  
mus.
- 31 Item, Licet Christus iusserit absolui pœ-  
nitentes, Et id Ecclesia sequatur, Hoc  
tamen non obstante, nos aliter uo-  
lumus.
- 32 Quid obsecro illis obstare potest, qui-  
bus nec Ecclesia nec Christus ipse ob-  
stare potest?
- 33 Quin eodem Exemplo, omnes Articuli  
Fidei tollimus et consuetudinem

con.



cōtrariam, quę potens et magna est,  
approbemus, ne Deo quidem obsta-  
re potente.

34 Deus perdat et Canones et Canoni-  
stas, qui putant Ecclesiam Dei guber-  
nandam hoc dicto, Consuetudo est  
habenda pro lege.

35 Composi, tola, tefe, tenti, quę soci, bate.

Quiuis, Exclu, sum cri, menper, tem-  
poris, usum.

36 Igitur sibiipsis testimonio sunt, sese  
Christo obstare & Antichristos esse,  
quia obstantem Christū nihil curant,  
insuper & condemnant.

37 His laruis dementauerunt Principes et  
optimum uirum Sigismundum Cesa-  
rem, ut deinde in omni re fuerit infœli-  
cissimus.

38 Finge Christum reliquisse liberam uel  
alteram uel utranq; speciem, non insti-  
tuisse utranq;.

39 Tamen furor esset prohibere et cōdem-  
nare, quidē Christus ipse nec prohi-  
bisset nec condemnasset.

40 Quanto magis furor furorum est, pro-  
hibere et condemnare id, quod scias  
certo, Deum ipsum in persona propria

A ilij & im-

- & immediata statuisse & ordinasse.
- 41 Non enim hic simile dari potest, Quod Ecclesia aliquando pleraq; statuit, quæ postea mutauit, ut quæ fuerint libera & in eius potestate.
- 42 Hic autem ipse Dominus gloriæ est, cuius institutio non est in potestate Ecclesiæ, Hunc audite, dixit ille, qui querit & iudicat.
- 43 Nec est simile ( ut Asini isti iactant ) Quod Christus uesperis cenatus instituerit Sacramentum, Et tamen post Ecclesia diluculo ieiunis ministravit.
- 44 Nam Christus non alligauit Sacramentum tempori aut locis, sed libera ista statuit, dicens, Quotiescunq; feceritis.
- 45 Substantiam uero ipsam Sacramenti seu utranq; speciem non statuit liberam, Ecclesiæ seu Asinis et porcis istis mutabilem, Sed hoc facite ( inquit ) rem præcepti immutabilis esse uolens.
- 46 Idem dicendum est de suffocato et sanguine Acto .xv. quæ postea mutata sunt, quia gentibus libera fuerunt ante.
- 47 Substantia uero Decreti Apostolici hætenus durauit in uiolata, scilicet quod gentes fide iustificatæ legis oneribus non essent turbandæ.

Summa

- 8 Summa, Nullum exemplū ostendere  
possunt, in quo Ecclesia mutauerit ul-  
lam diuinam ordinationem.
- 9 Ipsi, ut sunt furore Diaboli perciti, te-  
meritate mera talia exēpla fingere au-  
dent, ostendentes hac re, suas eximias  
inscicias & scripturæ contemptum.
- 10 Eiusdem sapientiæ sunt, pulcherrime  
rationes, quas pro stabilienda altera specie  
uelut ebrij somniant.
- 11 Scilicet, quod Laici possent credere, in  
altera specie, non tantum accipi, quantum  
in utraq, quod esset magnum pericu-  
lum.
- 12 Quasi uero non & Clerici eodem pe-  
riculo sic credere possint, ut & illis merito  
altera species adimenda fuerit.
- 13 Quid si ego contra sentiam, me non  
tantum accipere altera, quantum utraq,  
quia non totam Christi institutionem, sed  
dimidiam solum accipio.
- 14 Altera ratio est, quod effusionis peri-  
culum fit in Laicis, Quasi Clerici hoc pe-  
riculo liberi fuerint, cum infinitis & cotti-  
dianis periculis, teste eorum libro de cau-  
telis, uexati, sepius totos Calices effude-  
rint.
- 15 Et quid est, quod Christus has ra-  
A v tiones

tiones non perpenderit, nec Ecclesia potest illis mota fuerit, donec ad istos Sanctissimos asinos peruentum est?

56 Tertia ratio longe suauissima, Quia lege nihil habebant de libamine, offerentem cum de Sacrificio haberent.

57 Hac ratione nec Sacerdotes participare debent calice Domini. Quia libamen, ne ipsis Sacerdotibus communicabatur.

58 Quamquam quae proportio aut figura libaminis ad calicem, aut quae consequentia legis ad Euangelium?

59 Tum enim maxime, Christum oportuit hoc obseruare, ne contra Libamen in lege, utranque speciem statueret.

60 Quarta est absolute sapientiae et planitiae Sophistis et Canonistis dignae, quam in Comitibus Augustae protulerunt.

61 Scilicet, quod filijs Eli .1. Re. 2. Deum poenam statuerit, ut partem Sacerdotalem mendicare debeant.

62 Locus de Sacerdotibus, parte Sacerdotali puniendis, loquitur, illi torquent ad Ecclesiam seu Laicos Sacramento spoliandos.

63 Ergo locus ille, siquid efficeret, Sacerdotes, non Laicos, cogeret esse alterius speciei mendicos.

64 Sed seria est illa ratio, Quod Sacerdotes &

es & Ecclesiam Dei seu Laicos hoc Sa-  
ramento oportuerit discerni & Sacerdo-  
s superiores et digniores haberi quam Ec-  
clesiam Dei, seu Laicos.

Hęc ratio & mihi placet, Qua confite-  
ar os eorum imprudens et impudens, q̄  
ipsos ab Ecclesia Dei seperauerint & su-  
pra eam Tyrannice extulerint.

Hoc est quod & nos dicimus, Ecclesi-  
am Papę, esse regnum Antichristi, quod se  
pposuerit & extulerit supra Deum & om-  
nia diuina, & in templo Dei, sicut Deus se-  
deat.

Consolandi sunt igitur fratres, qui ob  
hunc Articulum patiuntur, Certi, quod Sa-  
crificium suauissimum Deo facti sunt.

Certum est enim, quod propter Deū  
patiuntur, cum dubium non sit, aduersarios  
qui cogunt ad omissionem institutionis  
Christi & ipsam institutionem damnant,  
peccare in spiritum sanctum & esse plane  
Diabolos incarnatos.

Et hortandi sunt illo Apoc. 18. Exite  
de illa popule meus, ne participes sitis deli-  
ctorum eius, & ne de plagis eius accipiatis

Gaudendum est, si isti Diaboli male-  
dixerint nobis & dixerint omne malum  
contra nos, mentiti & blasphemantes.

Nam

71 Nam esse Schismaticum, Apostatam  
Hæreticum apud istam lernam Diaboli,  
uere catholicum esse in Ecclesia & regno  
Christi.

72 Sicut summa laus & gloria est, Ad  
Diabolo apostare & à regno peccati & mori  
Schismaticum fieri.

73 Frustra igitur inflant & iactant ha  
uocem Ecclesia, cum res et fructus conu  
cant, eos post ipsum Diabolum, omni  
pessimos Ecclesiæ hostes esse.

74 Colluuiem uero furum, speluncam  
latronum & Ecclesiam homicidarum  
rectissime dicuntur.

75 Primo enim ceu fures, alteram specie  
clam surriperunt, Ecclesia silente  
ignorante.

76 Post cum per Ioannem Hus, fidelis  
mam Caniculam Ecclesiæ in furto  
prehensi, allatrarentur & proder  
tur.

77 Ipsi furtum, multitudine & poter  
freti, manifesto latrocinio ceperunt  
suo Concilio defendere & rapinam  
suam iustificare.

78 Et Caniculam illam insontem & in  
auditam neq; conuictam, mera Ty  
nide damnauerunt & exusserunt  
perbissimi homicide.

Metuebant enim, si audiretur, & con-  
uincendus esset Hus, ipsi palam a fini  
seu hostes Ecclesie inuenirentur.

Rapiat ergo Papa Ecclesie, que ipse de-  
dit aut sui iuris sunt, Que uero non de-  
dit nec sui iuris sunt, à Deo autem so-  
lo Donata sunt, intacta sinat uel sacer-  
rimus Antichristus Esto.

Satis apparet ante Concilium Constan-  
tense fuisse in Ecclesiis controuersiam de al-  
tra & utraq; specie.

Et cum Ecclesia uera, urgeret utranq;  
speciem habens pro se Christi, institutione.  
duersaria tamen de die in diem profecit.  
creuit, habens pro se multitudinem ho-  
minum.

Tum uenit Papa et Concilium, sibi mul-  
titudinem concilantes & maiorem, sed de-  
torem partem approbantes, damnaue-  
runt minorem & meliorem.

Vicit impietas, prostrataq; ueritas in-  
pateis, est corruente iusto coram impio, ut  
salomo dicit.

Ea est enim poena et ira Dei super filios  
diffidentiae.

Ita primum dolo reptantis leniter ser-  
uentis, post impetu & ui irruentis Leonis  
traq; species Ecclesiae adempta est

Licet

87 Licet ergo illi utcuq; uenia digni sint  
qui per ignorantiam uel simplicem omis-  
sionem peccauerunt.

88 Tamen illi sunt nunc inexcusabiles,  
tam qui cogunt quam & qui se cogi sinunt  
ad omissionem, scientes ad impia se cogent  
et cogi.

89 Nam illi qui cogunt non hoc tantum  
agunt, ut fideles in Ecclesia omittant insti-  
tutionem Christi.

90 Sed hoc agunt, ut Omissionem insti-  
tutionis iustificent & coactores benefacere  
fiteantur, Quis hoc Christianus ferat?

91 Imo quod horribilius est, cogunt eos,  
Christum Hereticum & institutionem eius  
Haereticam esse affirmant.

92 Deinde ut tales Hereticos, etiam per-  
sequantur & occidant, ut & Constantie  
concilium precepit.

93 Quod exemplum si eis concedatur  
mox quam primū poterunt & alium Arti-  
culum furari tentabunt, primum quada-  
m leui omissione.

94 Post preualente consuetudine eum  
rapiant & potestate confirmabunt, sicut  
hoc Articulo fecerunt.

95 Tunc iterum erit cedendum & obed-  
endum potestati mundanę, contra Deum  
H



6. Hac ratione fiet, ut Christus nullum Ar-  
gumentum, nullum, uerbum, nullum usum in  
Ecclesia retineat.

7. Tum superbissimi Satanae Pontifices  
Eandem Ecclesiam cogent, non indulgen-  
tias suas tantum & alia horrenda sua men-  
sura cogent ad adorare.

8. Sed forte & crepitum uentris & nido-  
rum calceorum & pedum suorum uiuentium  
adorare cogent, sicut docuerunt hactenus  
mortuorum sudores & fetores adorare.

9. Principijs igitur obstandum est, & ne  
contra quidem illis de uerbo & instituto Dei  
aliquid concedendum.

10. Christus enim nobis aderit, donec fide  
in eum confessi fuerimus. Qui & incepit  
& perficiet opus suum in nobis in finem,  
Amen.

AK 2/165

(x2205383)

N.C.





